

:In nomine sancte et individue trinitatis. Bruno secundus dei gratia Misnensis ecclesie episcopus in perpetuum.: | Quod in ruinam et in resurrectionem multorum redemptor noster positus legitur, menbris (!) hodieque tanto capiti adherentibus aptissime competit, | quia, cum servi eius alios faventes et foventes habeant, alios e diverso cause sue rebusque suis importunos tolerant, quod profecto in fratribus nostris de Cella | sancte 5 Marie cottidie minus leta declarant documenta. Nos itaque deo iuvante, quod malum est, reprobamus, quod bonum est, eligimus ipsorumque fratrum negotia benigno favore prosequimur et causam, que super mansis in Begarwiz inter Gertrudam relictam Mathei militis de Misne et inter fratres predictos versabatur, hoc modo sopitam recognoscimus, quod post factam coram marchione Theoderico amicam compositionem eadem femina 10 cum Rōdegero filio suo ac duabus filiabus suis in Silowe ad nos accessit et presente Gerhardo venerabili Cellense abbate omni querimonie seu actioni una cum suis heredibus ad integrum coram nobis resignavit ita, ut mansos prescriptos cum suis attinentiis sub nostri banni tuicionem suscipere nobis ex iure competat, quod et facimus, omnemque hominem ab ipsorum invasione per eterni iudicii interminationem revocamus. Sed et hoc 15 adiciendum duximus, quod Hertwicus in Misna eisdem fratribus nostris pro remedio anime sue in Zadel de suis sumptibus vineam per quinque annos excolit, quibus expletis medietas sumptuum in labore vinee ipsius et medietas proventuum eius ad fratres transibit, alia quoque medietas expensarum ac fructuum ad prefatum virum et ad eius uxorem Gerdrudam per tempus vite sue respiciet. Ceterum post mortem ipsorum nec filius nec 20 filia nec propinqui ipsorum, sed nec ullus hominum super hac vinea cum fratribus habebit rationem, sed omnia ex integro ad ipsos redibunt, que omnia isdem Hertwicus in prescripta curte nostra Schilowe coram nobis multis presentibus recognovit, qui nichilominus resignationi, que ab ante dicta Gerdrude et a suis heredibus ibidem celebrata est, inter- fuerunt, quorum hec sunt nomina: Gunzelinus decanus Misnensis. Bruningus abbas de 25 Bûch et Bertoldus monachus eius. Baldewinus de Koldiz, Hermannus et Winandus et Godefridus de Friberch, Iohannes de Dipoldiswalde, Heinricus de Vrovnsten sacer- dotes. Laici: Godeboldus de Wachowe. Hertwicus de Misna. Tammo pincerna. Iohannes de Aldenburch. Albertus de Misna. Fridericus Ovis et plures alii. Anno ab incarnatione domini M. c̄. xvii., indictione vii., acta sunt hec iii. idus iunii; feliciter.

30

(S.)

250.

König Friedrich II. wiederholt die Bestätigung der von König Philipp dem deutschen Orden gemachten Schenkung des halben Patronatsrechts zu Mörten mit Zusätzen, wonach nun auch das halbe Patronat zu Holzburg geschenkt erscheint, und der König zur größeren Sicherheit die Schenkung erneuert und mit eigener Hand das Geschenkte überträgt. — Zeugen: Markgraf Dietrich und Landgraf 35 Hermann. Vergl. No. 188.

Würzburg, 1218 Juli 12.

Hdsch.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Darmstadt. Das sehr gut erhaltene rothe S., an rothen und gelben Seiden- fäden, = Heffner IV. 45.

Gebr.: Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II. 1,1,551. — Baur, Hess. Urkundenb. 1,67. — Bömer-Ficker 939.